

THES. X.

Codicillorum Materiæ loco ea omnia esse intelliguntur, quæ illis dari, relinquire possunt, (a) utputa Generaliter Legata (b) & Fideicommissa, tam Universalia, quam Particularia. (c) In specie verò Codicillorum confirmatorum (d) Directæ Libertates (e) & Tutelæ. (f)

(a) Justus Meij. in C.A. disp. ad tit. ff. de Jur. Codicill. tb. 11. (b) Nimirum Codicillis quoque Legata dantur, L. Divi Severus. 6. §. fin. l. quedam. 7. inf. l. conficiuntur. 8. §. si post factum. 3. L. quidam referunt. 14 ff. b. L. Codicillis. 18. pr. de ann. legat. Diminuuntur, l. si quis ita legaverit. 3. §. cum Titio. pen. ff. de adim. leg. l. si quis solverit. 2. §. 1. de condict. indeb. Transferuntur, §. transferuntur. 1. §. de ademt. Legat. & auferuntur, d. l. quidam referunt. 14. pr. §. de ademt. legat. L. si quis eum. 16. pr. de vulg. & pupill. d. l. si quis solverit. §. 1. de condict. indeb. Ulpian. in frag. t. 24. de legatis. §. legatum quod datum est. Et est ratio: Quia postquam Justinianus Imp. suo adjutorio morientibus pariter ac viventibus prospicere voluisset, sublatâ veteris Juris inter Legatum & Fideicommissum discrepanciâ, sancivit: ut in posterum Testantis voluntas semper firma maneret, quomodocunque verbis concepta esset, simul edicendo, ut ea quæ naturaliter insunt Legatis, & Fideicommissis inhærere intelligantur, & contra quidquid Fideicommittitur, hoc intelligatur legatum, atque sic Legata valerent ubi & Fideicommissa; Evenit ut etiam Codicilli, quibus antea Fideicommissa saltem, non autem Legata, l. 36. ibi: Legatum est donatio Testamento relicta, de leg. 2. L. Legatum. 116. pr. ibi: quâ Testator. de leg. 1. §. Præterea. 10. inf. cum alioqui Legata nisi ex Testamento valerent. §. de Fideicommiss. hered. L. illud. 13. §. tractari. 1. b. Bocer. Cl. 2. Disp. 6. tb. 7. lit. a. Harpr. ad §. 1. b. n. 2. loco materiæ erant, circa Legata quoque occupati esse inciperent, L. omne verbum. 2. C. comm. de leg. Donell. lib. 7. Comm. §. C. cap. 19. Giphani. ad L. f. §. ult. C. h. Nic. Reusner. tr. de Cod. cap. 7. n. 4.

(c) §. 1. & 2. §. b. L. Scævola. 76. ad SC. Treb. L. si ei 2. pr. & §. fin. ff. b. L. hereditatem. 2. C. eod. Job. Dil. Durant. de A. T. tit. 10. caut. 8. n. 2. inf. Harpr. ad pr. b. n. 25. & ad §. 1. n. 1. Itaque Codicillis legitimum heredem vel bonorum

E

rum